



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 16. Ravecheti novi Syndici Epistola ad quemdam Hispaniæ Doctorem,  
unacum ejusdem responso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. referri prohiberet; non minus Cardialis Bissyus contra Sorbonam excanduit, doluitque, Universitatis gloriam, splendoremque una die penitus fuisse obscuratum. Ceterum gravissimæ hujus controversiæ successum ad sequentem annum differimus.

## §. XVI.

*Ravecheti Syndici Epistola ad quemdam Hispanicæ Doctorem.*

*Refut. de  
Mem. t. 2.  
pag. 348.*

Postquam Ravechetus Facultatis Syndicus potissimorum suffragia, quibus recta Humbelotum, per latus vero ipsam Constitutionem petebat, ad suas partes pertraxerat, velut de insigni victoria triumphans Facultatis conclusionem typis mandatam in Hispaniam ad Didacum de Castell Regalis Alcazæ Abbatem & Complutensem Doctorem transmissit, adjecta sequenti Epistola.

„Cum codices nostros, non solum  
„illustrissimis Hispanicæ Episcopis sed  
„etiam omnium Clarissimis Theologiæ  
„Professoribus, & Magistris legendos  
„obtulerim; hoc ipsomet officio erga  
„Te fungi nequaquam dubito. Hac enim  
„in disputatione ea est mens, ut  
„veritas inquiratur, & cognoscatur.  
„Nec ignoras, quam multi ex una, ut  
„ita dicam, domo, exeant contra nos  
„libri,

„libri, non sententiis sed injuriis gra- Sæc. XVIII.  
 „ves, qui quamvis ex primis januis A. C. 1715.  
 „affirment se speciosos pedes Evangeli-  
 „zantium habere, certe tamen factis  
 „negant Pedes Evangelizantium pacem,  
 „quare, si placuerit, pergratum Nobis  
 „facies, si de tua mente, hac in re  
 „certiores Nos reddere velis, quod e-  
 „tiam ab aliis multum confidenter spe-  
 „ramus, tu vero, si de Te in aliquo  
 „bene mereri possum, scias me tuis li-  
 „bentissime obtemperaturum man-  
 „datis. „

Ad has vero literas idem Doctor  
 hæc Syndico respondit.

„Epistolam tuam lætus susciperem,  
 „mei memorem, si non perlegerem sa-  
 „cram Facultatem Theologicam Pari-  
 „sensem unanimes consensione non ac-  
 „ceptasse Constitutionem *Unigenitus*  
 „SS. Domini Nostri Clementis XI. nunc  
 „feliciter in Ecclesia regnantis; ita e-  
 „nim lego; *insuper declarat sacra facultas,*  
 „*falsum esse, quod prædictus M. Humblot*  
 „*dixit, constitutionem, quæ incipit, UNI-*  
 „*GENITUS, acceptatam fuisse a sacro Ordine*  
 „& eligit notum facere Hispaniæ Theo-  
 „logis & Episcopis constantem hanc &  
 „unanimem confessionem Magistrorum  
 „suorum, numero plurimorum: Aca-  
 „demia illa florentissima, scientiarum  
 „fæcundissima parens, omnium Theo-  
 „logi-

Sæc. XVIII. „logiæ Scholasticæ Principum Magistra,  
 A. C. 1715. „hanc non acceptare Constitutionem

Thren. 4.

Apud Ba-  
 ron. in Ge-  
 las. II.

Matth. 16.  
 & 21.

S. Bernard.  
 l. 1. de con-  
 fid.

S. Bern.  
 l. 2. de capt.  
 Babyl. c. de  
 Bapt. de  
 Republ.  
 Christ. l. 4.  
 cap. 7.

„*Unigenitus* publice fatetur: *ita obscura-  
 tum est aurum, mutatus est color optimus,*  
 „Hæc non est illa sacra Facultas, quæ  
 „olim omnes Academias docuit obe-  
 „dientiam, subjectionem Ecclesiæ sum-  
 „mo vertici, successori Petri, Christi  
 „Vicario, cum assereret Gelasius se-  
 „cundus: *si quis dicat portum Romanæ  
 Ecclesiæ & fluctuantis naviculæ Petri Gal-  
 liam esse, non mentitur, & nunc publice*  
 „defenduntur Doctrinæ offensivæ su-  
 „premiæ Pontificiæ authoritati? *Petra*  
 „*illa, super quam ædificata est Ecclesia, &*  
 „*portæ inferi non prævalebant adversus eam,*  
 „est, de qua scriptum est, *qui ceciderit,*  
 „*super lapidem istum, confringetur, super quem*  
 „*vero ceciderit, conteret eum, singulare pericu-  
 lum, singularem exigit operam, fundamentum*  
 „*concutitur, & tanquam imminente ruinæ totis*  
 „*est nisibus occurrendum.*

„Christus D. Noster Petro & successo-  
 „ribus ejus oves suas pascendas com-  
 „misit, dicens, *Simon diligis me, pasce*  
 „*oves meas, numquid sacræ Sorbonæ*  
 „Doctores non sunt de ovibus, quas  
 „Filius Dei S. Petro commisit, *nihil*  
 „*excipitur, ubi distinguitur nihil, Christus*  
 „tamen asseruit, *oves mee vocem meam*  
 „*audiunt: audiemus Lutheri Blasphæ-*  
 „*mam vocem, quo jure Papa super nos*  
 „*leges constituit? Audiemus istud Apo-*  
 „statæ

„statæ impii Archiepiscopi Spalaten- Sæc. XVIII.  
 „sis delirium: *Parisiensium Doctrina e-* A. C. 1715.  
*nucleate intellecta, nihil discrepat a mea...*

*schola itaque Parisiensis & nostra est: quare  
 ex ejus quoque Doctrina, Papatus nullo  
 potest solido subsistere fundamento. A qua*

„odiosa Calumnia & execrabili impo-  
 „stura, pro honore & fama sua se pur-

„gavit S. Facultas, unde, quæso vos, ad-

versus impium dogma divino sancti Zeli ser-

vore concurrere, servetur Ecclesiastica in

sua puritate Doctrina, nec eam vexare per-

mittatur terrena sapientium turbulenta ver-

sutia. Ita Sorbona 15. Dec. An. 1617.

„damnavit 47. Prop. Marci de Dominis

„apud Becan. l. 5. & l. 2. c. 5.

„Sacram Facultatem alloquar ver-

„bis illius venerabilis Antistitis sui Ivo-

„nis, qui forte præscius hujus tempe-

„statis, ait, contra Apostolicam Sedem

Caput erigitis, dum, quod illa ædificat,

vos quantum in vobis est, destruitis: Et  
 quod illa destruit, vos ædificare contenditis:  
 cujus judiciis & Constitutionibus obviare,  
 est hæreticæ pravitate notam incurrere.  
 „Hanc luridam notam sacra Facultas,  
 „in orbe Christiano celeberrima om-  
 „nium submoveat. „

*Mens sacre Facultatis est, ut veritas*

*inquiratur, & cognoscatur. A Cathedra*

*unitatis accipite sententiam veritatis: Au-*

*scultate Chrysologum, in omnibus hor-*

S. Petr.  
 Damian.  
 opusc. 6.  
 cap. 34.  
 Ep. 8.

Clem. XI.  
 ad Ep.  
 Gall.  
 17. Mart.  
 1714.

tamur

*Sæc. XVIII tamur Te, frater, ut his, quæ a beatissimo  
A. C. 1715. Papa honorabilis Romæ civitatis præscripta  
sunt, obedienter attendas, quam Beatus  
Petrus, qui in propria Sede, & vivit &  
præsudet, præstat quærentibus fidei verita-  
tem, Epist. ad Eutich.*

„Certiores de Hispaniæ Theologo-  
rum & Episcoporum mente esse vul-  
tis? non hic curamus, quod serpen-  
tis virus subrepat subdolis doctrinis,  
quo cardinem Ecclesiæ concutere in-  
tendunt, jam enim diu de hac im-  
munitate gratulatur Hispanis Cardi-  
nalis Historicus, hoc plane sibi laudis vin-  
dicavit Ecclesia Catholica in Hispania, ut  
non ab erroribus tantum, sed ab suspicio-  
nibus se esse voluerit immunem, quo factum  
est, ut ex hoc ipso nostro sæculo, cum longe  
lateque facibus hæreticorum orbis inflam-  
maretur, ipsa illæsa persisterit, occurrenti-  
bus summa celeritate Dei ministris, si vel  
tenuem scintillam viderint vel latentis ignis  
indiciam

*Baron. ad  
An. 563.*

„Ecclesiam hodie, ipso in vertice,  
cominus impetitam deflebitur, heu!  
non tantum ab hostibus, sed ab his,  
qui alias se juste jactitarunt filios pri-  
mogenitos. (Sed nos Hispani) pro-  
pugnamus sanctum ac communem Patrem  
nostrum tanquam fidei fulcrum, veritatis  
canonem atque Ecclesiæ characterem. Con-  
stitutiones ex cathedra Petri indubie  
„se-

„sequimur, & omni veneratione susci-  
 „pimus: in Concilio Complutensi con-  
 „firmato a Sixto IV. condemnatus fuit  
 „Petrus Oxomensis, nomine etiam hæ-  
 „resis, in eo, quod asseruit, *Ecclesiam*  
*Romæ Urbis errare posse*, & sancta Hi-  
 „spaniæ Generalis inquisitio proscripsit  
 „hanc propositionem. *Papam in diri-*  
*mendis ex Cathedra fidei quæstionibus non*  
*esse infallibilem*; ut minimum tanquam  
 „erroneam & hæresi proximam.

„Hispani Theologi discunt ex Aug. *De Verb.*  
*Rescripta Apostolica venerunt, causa finita*  
*est, utinam aliquando finiatur error.* Quæ-  
 „rimur cum Aug. *Adhuc insuper flagi-*  
*tant audientiam, cum damnati debeant a-*  
*gere pœnitentiam.* Post definitionem ex  
 „fidei Cathedra desiderare consensum  
 „Universalis Ecclesiæ, ut sub anathe-  
 „matis fulmine lex obliget, esse omni-  
 „no falsum, ex ipso Aug. *Ecclesiæ lin-*  
*gua, convincimur: An vero Congrega-*  
*tione Synodi, (ait Magnus Parens de Pela-*  
 „gianis.) *opus erat, ut aperta perniciēs*  
 „damnaretur, quasi nulla hæresis aliquando  
 „nisi Synodi Congregatione damnata sit,  
 „cum potius rarissimæ inveniuntur, propter  
 „quas damnandas, necessitas talis extiterit,  
 „multæque sint, atque incomparabiliter plu-  
 „res, quæ ubi extiterunt, illic improbari,  
 „damnarique meruerunt, atque inde per ce-  
 „teras devitandæ innotescere potuerunt, ve-

rum

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1715.

*De Verb.*  
*Ap. Ser. 2.*  
*Ep. Pab.*  
*c. 3. l. I.*  
*cap. 21.*

*S. Aug.*  
*contra Pel.*  
*c. 2. l. 4.*  
*contra Bon.*  
*nif. c. ult.*

Sæc. XVIII. *rum istorum superbia hanc gloriam captam*  
 A.C. 1715 *intelligitur, ut propter illos orientis & oc-*  
*cidentis Synodus congregetur. Orbem quippe*  
*Catholicum, quoniam Domino eis resis-*  
*stente pervertere nequeunt, saltem commo-*  
*vere conantur, cum potius vigilantia &*  
*diligentia pastorali, post factum illis com-*  
*petens sufficiensque iudicium, ubicunque isti*  
*lupi apparuerint, conterendi sint, sive, ut*  
*sanentur, atque mutantur, sive ut ab alio-*  
*rum salute atque integritate vitentur.*

„Sum Sorbonæ Doctor; Complu-  
 „tensis enim Academia est Sorbonæ  
 „Fraternitatis vinculis conjuncta: gra-  
 „dus juxta Sorbonæ praxim, sanctus,  
 „(ita vulgo vocatur), Hispaniæ Car-  
 „dinalis Dominus meus, erector Aca-  
 „demix nostræ, instituit, qui Parisiis  
 „Sorbonica, mei majoris Collegii Ap-  
 „pellatione Alphonsina dicitur: semper  
 „in gradibus primus fui designatus,  
 „centum & septuaginta septem actuum  
 „in Gymnasio Theologiæ præfiden-  
 „egi, per viginti duos annos Cathed-  
 „ras a Philosophia usque ad primariam  
 „supremam D. Thomæ moderatus sum:  
 „si quid habeo, a Deo sumpsi, non a me  
 „præsumpsi: atque ab illo in me perfici fi-  
 „deliter spero, a quo inchoatum esse humili-  
 „ter gaudeo, nec in eo, quod adhuc non do-  
 „navit, incredulus, nec in eo, quod jam  
 „dona-



donavit, ingratus (\*) hæc dixerim, non  
 „ut prolixa Epistola onerosus sim, sed  
 „ut si mavis exprimere quod iudicat  
 „Sorbona difficile in Constitutione Uni-  
 „genitus, responsum tibi præsto red-  
 „dam, refertum S. Scripturæ, Conci-  
 „liorum, Augustini post Doctorem gen-  
 „tium primi gratiæ Doctoris, & SS.  
 „PP. Testimoniis ad verbum expressis:  
 „cum in opere ex lege & gratia suffi-  
 „cienti, quod jam diu sub prælo est,  
 „justissime esse illa 101. dogmata Apo-  
 „stolico mucrone percussa, solide con-  
 „tendo: aliud in tui obsequium offerre  
 „non potest inutilitas nostra.,

## §. XVII.

*Constitutio Unigenitus a pluribus Ger-  
manicæ Episcopis acceptata.*

Quo acrius nonnulli Sorbonæ Docto-  
 res in Galliis sese notæ Constitu-  
 tioni opponebant, eo promptiore ob-  
 sequio Germanicæ Præsules illius obser-  
 vantiam in suis Diæcesibus urgebant,  
 & quidem Franciscus Antonius de Har-  
 rach Salisburgensis Archiepiscopus,  
 Princeps & Germanicæ Primas hanc  
 Constitutionem, tam a suis Episcopis  
 Suffraganeis, quam ab Universitate Sa-  
 lisbur-

*Refut. du  
Mémoir.  
tom. I.  
pag. 126.*

(\*) S. August. Epist. 52.  
*Hist. Eccles. Tom. LXIX.*